

dam tractanda ecclesiastica negotia' convenire cum suffraganeis iussisse: 'Comperiat celsitudo'. J. 2882. Mansi XV, p. 332.

Eiusdem ad Hermentrudem reginam, Caroli Calvi uxorem epistolae:

a. deprecatur pro Balduino filiae eius raptore: 'Fidelium universitas'. J. 2704. Caraffa III, p. 122.

b. respondet, se Liudoni ostendisse, quare Rothadi episcopi Suessionensis causa neglegi non possit: 'Litteras dilectionis'. J. 2739. Caraffa III, p. 150.

c. gratias agit de 'munerum diversis speciebus oblatis': 'Devotionem tuam'. J. 2763. Caraffa III, p. 231.

Eiusdem ad Ludovicum et Carolum, Caroli Calvi regis filios, ep.: gaudet, eos in gratiam rediisse cum patre, a quo ne denuo divellantur, monet: 'Pervenit ad'. J. 2728. Caraffa III, p. 232.

Eiusdem ad Ludovicum II. imperatorem epistolae:

a. poscit legatis suis ad synodum Metensem tendentibus praesidium: 'Augustae serenitatis'. J. 2701. Caraffa III, p. 120.

b. 1) monet, 'ut si de sacerdotibus aliquid contigerit eum audire, quod confusionem piis mentibus ingerat, paternam verecundiam contegat'; 2) hortatur, ut Suffredum episcopum Placentinum iniuste deiectionem restituat; 3) nuntiat, se Astulfum legatum imperatoris sicut decuit suscepisse, 'licet numquam apostolicae sedis moris fuerit absque signatis apicibus undecumque legationem suscipere'; 4) disceptat quomodo legatio suscipienda sit: 'In scripturis', 'Denique si Suffredus', 'Nobilissimus vir', 'Illud vero'. J. 2791. Gratiani decr. I, D. 96, c. 8; C. VI, qu. 3, c. 3; I, D. 97, c. 3; Anal. iur. pont. X, p. 169.

c. hortatur, ut 'cum exteris gentibus pro remediis et securitate christianorum placitum ineat, cum constet, non ob aliud id fieri, nisi ut fera saevitia eorum, quae in fidelibus unanimiter exardescit, aliquo modo refranetur': 'Christianae religioni'. J. 2832. Baluz. Misc. V, p. 485 ex cod. 4048 bibl. Colbertinae et ex Rivipullensi.

Eiusdem ad Lotharium regem Lotharingiae epistolae:

a. commendat Rhadoaldum Portuensem et Iohannem Ficoclensem episcopos missos, ut synodo Theutbergae et Waldradae causa cogendae intersint: 'Regalis excellentiae'. J. 2698. Caraffa III, p. 119.

b. incusat regem, quod neglecto Hincmari metropolitae Remensis iure ecclesiae Cameracensi Hilduinum praefecerit: eum eici minitabundus iubet: 'Inter innumera'. J. 2731. Caraffa III, p. 229.

c. increpat regi, quod 'relaxatis voluptatum habenis semetipsum in lacum miseriae et in lutum faecis pro libitu deiecerit' agitque de Theutgaudi et Guntharii archiepiscoporum legitimo